UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Sacrificio Missæ Expedite Celebrando Libri III

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1661

Quid fiet, si census relictus pro Missis pereat n. 89

urn:nbn:de:hbz:466:1-41878

Visual Library

Quid fiet ſi cenſus relictus pro Miſſis pereat?

89 DVbitabis Decimotertio, ſi cenſus relictus pro Miſſis pereat in totum (nam ſi ex parte diminuatur, quomodo recurrendum ſit ad Pontificem, ſupra vidimus) *a* ad quid tenetur Eccleſia?

Reſpondeo, ſi cum ſua culpa, tenetur, ut certum eſt, reſarcire totum damnum: ſi nulla ſua culpa ad nihil *b* obligatur. Ratio eſt, quia Eccleſia obligatur propter ſtipendium, & ſub illo Teſtator eam obligavit: at hoc jam deeſt; ergo, &c. Sanè ita accidit in Beneficio quocumque, quod datur propter Officium, pereunte enim fructu Beneficii, ceſſat obligatio ad Officium. Nec tunc eſt recurrendum ad ullum Superiorem, ſi enim periit cenſus,

a *Supra* §.1.*à n.*1. b *Fraxin. de oblig. Sacerd. ſect.*4.*n.*27.

cenſus, ad quid moderatio petenda erit?

Quid ſi non pereat, ſed minuatur cenſus, & non poſſit adiri Pontifex?

90. DVbitabis Decimoquarto. Quid ſi ita diminuatur cenſus propter aliquod caput ex dictis §. 2. n. 11. ut ſtipendium fiat evidenter minus infimo juſto, nec hæres ſuppleat, & Capellanus non poſſit adire Pontificem?

Reſpondeo, Caſtropalaus, a qui non meminit hujus Decreti de Celebratione Miſſarum, docet quando adiri non poteſt Ordinarius (dicamus nos poſt Decretum quando adiri non poteſt Summus Pontifex) qui ſtipendium taxet, Miſſaſque diminuat, probabile eſſe, poſſe Capellanum ex ſe diminuere, ſeque

Pp jure

a *Caſtr. de Sacr. tr. 22. d. unica de Euch. p. 15. n. 7.*